

celo ut reseruantur qui in inferno ut eripi  
antur. qui nos precesserunt ut propter fideles  
inueniantur. quia ut se nobis mediaticem  
inter nos et deum exhibeat. moueat et promo  
ueat suam superfluentia. copia et immensu  
tas gratiarum etc.

XXXIX. Sermo quartus De eodem.

## Domine tecum

**D**icit Bernardus. Licet deus sit cum  
omnibus sanctis. quadam tamen prerogatiua  
e singulariter e cum virgine Maria. cuius qua  
vix tanta consensione fuit ut illius non so  
lum voluntate sed etiam caritatem sibi coniunge  
ret. ac de sua virginis que substantia unum  
ipsum efficeret. vel potius unus ipse fieret. que  
et si nec totus de deo nec totus de virgine.  
totus in dei et totus virginis esset. nec duo  
filii sed unus veriusque filius. et subitigit. Do  
minus pater tecum qui suum filium facit tuum.  
obumbras tibi. ut tamen splendore filii valeas  
sustinere. filius tecum qui ad condendum in  
te mirabile sacramentum miro modo et sibi  
releuat verum tuum et tibi suat originale signa  
culum spiritus sancti tecum. de cuius virtute concipi  
tis. sanctificas te ut sola digna esses dei fi  
lium parere. **E**xpeditis ergo tri  
bus particulis angelice saluationis. Nunc  
quod reliquum est exequamur. Fuit autem de  
sota trinitas cum maria propter tres causas vi  
delicet ut corpus secundaret. ut vitam sancti  
ficaret. animam quodammodo deificaret. et  
ut beata in supremo magnificaret. **I**n  
quibus ipsam super omnes creaturas mirifi  
ce sublimauit. ita ut corpus in supremo sta  
tu secundaret. vitam in supremo statu san  
ctificaret. animam in supremo deificaret. **S**u  
perma autem secunditas est virginis nostre secundi  
tas. que flore virginis hinc meruit cum fru  
ctu secunditatis. in qua nec prima silem visa e  
neque sequens. **S**unt enim virgines que mun  
dam et incontaminata virginitate seruauerunt  
sed secunditatis fructu caruerunt. **S**unt et secun  
de coniugate sed virginis flore perdidit  
sed nulle vis sunt que flore cum fructu babe  
re meruerunt propter nam virginem ac matrem  
gloriosam. hinc bernardus. Bona est secunditas  
purgalis sed melior castitas virginalis. opti

ma autem secunditas virginea seu secunda  
ginitas. **S**ecundo dominus fuit cum ea ut vitam  
eius sanctificaret et hoc non simpliciter. sed in  
supremo. **H**ec autem sanctificatio ut supra  
fietet multis particularibus sanctificatio  
nibus est completa. et a prima usque ad vlti  
ma et perfecta procedunt quinque. **P**rima est  
sanctificatio contigebat in sui in vtero pur  
gatione. secunda in virtutum exercitatione  
tercia in spiritu sancti superuentione. quarta  
in filii unigeniti dei conceptione. quinta in  
eiusdem filii educatione. conuersione et fe  
lici conuersione. **I**n prima sanctificatio  
ne sanctior fuit renatis. quia ipsa ex sua san  
ctificatione potens erat non peccare quod non  
est in renatis. **I**n secunda sanctior fuit quibus  
liber viatoribus. quorum nullus unquam se tam  
sublimiter exercebat. **I**n tercia exercebat a  
dam in statu innocentie. qui licet creatus esset  
ut posset libere non peccare. habuit tamen cum  
hoc contrarium ut posset peccare. quod pro  
conceptione nequaquam exiit in maria. **I**n  
quarta eius sanctificatione exercebat ange  
los. qui licet essent confirmati ut nullatenus  
possent peccare. non tamen possunt augere  
meritum ut Maria. **I**n quinta sanctifica  
tione ita appropinquabat se deo. ut nulla un  
quam pura creatura tanta se ei similitudine con  
formaret. qui ergo potest capere capiat que su  
pra modum sanctificata fuerit vita virginis  
gloriosa. **T**ercio deus testante an  
gelo fuit cum Maria ut animam eius quo  
dammodo deificaret. **M**ax et unione dei que  
plenitudo diuinitatis habitabat in ea con  
pualiter. ita immersa fuit deo ut nihil sciret.  
nihil intelligeret nisi deum. de qua san  
ctificatione dicit hieronimus. Sicut lana candi  
dissima naturali colore dealbata. cum infusa  
sanguine cochili vel muricis. vertit in pur  
puram. sic spiritus sanctus cum in concep  
tione venit ad virginem que iam dudum plena fu  
it gratia. versa est et ipsa sine tactu virili in  
matrem. ut iam non sit quod fuerat sed pur  
pura verissima ad indumentum et gloria  
summi regis diuinitus aptissima dedicata  
ut nulli deinceps uti ea usu femineo licue  
rit nisi deo. et nullis iam vti bus sit ipsa ma  
cipanda nisi diuinis. et tanto validius in

flamabat dei presentia quanto diuinis in-  
 tus illustrabatur visitationibus. quam to-  
 ram repleuerat spiritus sancti gratia totam  
 incanduerat diuinus amor. ita ut in ea ni-  
 hil esset quod mundanus violaret affectus.  
 sed ardor continuus et ebrietas perfusi amo-  
 ris. Hinc de eadem deificatione dicit bern-  
 nardus. **M**aria iure sole perhibetur ammi-  
 tra que profundissima diuine sapientie vl-  
 tra que credi et dici possit penetravit abyssus  
 ut quantum sine personali vnione creatu-  
 re condicio patitur. luci illi inaccessibili vi-  
 deatur immersa. ipsa enim meruit velut su-  
 matim cingi et operiri vndique et circumfun-  
 di et tanquam ipso diuino igne concludi. **U**t  
 autem euentius videatur quanta singu-  
 lari excellentia deus pre omnibus creatu-  
 ris fuerit cum maria. ostendit bernardus sic  
 dicens. **Q**uattuor modis deus in  
 est omni creature. **P**rimo essentialiter et  
 bonis que malis. nihilque intercludit diuini-  
 tatis essentiam per quam esse omnia accepe-  
 runt. **S**ecundo modo inest bonis operatio-  
 ne. agit enim in eis virtus operatiua ut ope-  
 rentur opera dei. nec otiose creati sunt inter  
 creaturas sicut mali. in quibus licet deus  
 sit per presentiam sed ad vindictam. quia  
 elegerunt auersere ut alimenta sempiternis  
 ignibus amministrent. **T**ercio inest plerum-  
 que bonis illuminatione. quos de futurorum  
 cognitione nobilitat et participes efficit su-  
 orum secretorum. **Q**uarto inest vni soli  
 creature virgini videlicet ydempnitatem. quod  
 idem est quod illa. hic taceat et contremis-  
 cat omnis creatura ut vir audeat aspicere  
 tante dignationis immensitatem. **H**ab-  
 bitat deus in angelis sed non in eadem essen-  
 tia habitat deus in virgine cum qua vnus  
 nature habet ydempnitatem. **E**t ideo cum an-  
 gelus saluandam virginem dixisset dominus tecum  
 hoc insinuare voluit. quod singulari quadam  
 excellentia cum ea dominus esse voluit pre  
 omnibus creaturis ut sic potens esset in celo  
 et in terra subuenire miseris miserorum  
**U**nde clamemus ad dominam et reginam  
 nostram aduocatum et diutricem dicentes  
 illud bernardi. **N**unquid quod ita deificata es.  
 ideo nostre humanitatis oblita es? **A**bsit.

**Q** Sequitur quintum in angelica salu-  
 ratione: scilicet benedicta tu in mulieribus  
 in quo commendatur ab excellentissima statu  
 sui reuerentia. per quam benedictionem non sim-  
 pliciter benedicitur: sed per omnibus mulieri-  
 bus benedicta predicatur. **P**ropter quod sci-  
 dum quod est quadruplex benedictio quibus be-  
 ara virgo est benedicta scilicet maledicti euacu-  
 atio. fecunditatis. pagatio. singularis gra-  
 tie collatio. super excellentis toni congratu-  
 latio. his omnibus benedicitur virgo sancta.  
**P**rima ergo benedictio est maledicti euacu-  
 atio. fuerunt enim omnes filie eue ex pu-  
 ricatione matris omnium multipliciter male-  
 dicte. **E**rat enim maledictio sterilitatis gen-  
 tem non ampliando. in peccatis concipien-  
 do. multiplicitis incommoditatis partu gestan-  
 do. doloris et acerbitatis in puriendo. **P**ri-  
 ma dico erat maledictio sterilitatis. ut que  
 cumque secundum legem habens virum sterilis esset.  
 dicebatur ab omnibus maledicta. **U**nde ra-  
 chel. que diu sterilis erat et cum parere cepisset  
 dixit ad primu patris. **H**oc per beatitudine  
 mea. abstulit ei deus obprobrium meum. **S**ecunda  
 maledictio est quod omnes mulieres fetu suum con-  
 cipiant in peccatis. vnde psalmus. **E**cce enim iniqui-  
 tatum conceptus sum et in peccatis concepit me  
 mater mea. **T**ertia maledictio est quod fructus  
 ventris sui gestantes. multis subiacent mis-  
 eris et tunc. **B**ene Genes. **M**ultiplicabo  
 erinas tuas et conceptus tuos ait dominus ad eua.  
**I**tem **L**ib. iiij. **H**onore habebis matris tue  
 omnibus diebus vite eius. **M**emor esse debet  
 que et quanta picula passa sit mater tua pro-  
 pter te in utero suo. **Q**uarta maledictio est  
 quod mulieres cum dolore pariant. propter quod  
 iterum **Genes. iiij.** dixit dominus ad mu-  
 lierem. **I**n dolore paries filios. **E**t in euan-  
 gelio. **M**ulier cum parit tristitiam habet.  
**H**as omnes maledictiones felix hec  
 mulier suis benedictionibus euacuauit. quod  
 virgo permansit cum honore. concepit sine  
 pudore. gestauit infantem sine labore. et per-  
 perit sine dolore. **E**t hec est prima benedictio  
 per quam beata virgo omnem maledictionem peni-  
 tue exufflauit. **S**ecunda benedictio est fecundita-  
 tis ampliatio per quam pruriens multiplicat  
 agnationem suam: quia et nostra domina beatus

electa quoniam licet unum filium naturaliter peperit. in eius in virtute et si non naturaliter. Quomodo enim peperit omnes filios adoptivos. ut per apostolum. Ipse sit primogenitus in multis fratribus. Hinc dicitur. Peperit si. et. ut naturalis filius relative dicat primogenitus ad filios electos quos post primogenitum gratui te generavit. Et de hoc debito nomine filiationis ad virginem et nostram matrem naturalis filius in cruce moriens pro nobis. Maria promouit in persona Johannis dicens. Mulier ecce filius tuus. ad discipulum autem. ecce mater tua. ac si dicitur. Bis memor mater quod ubi pro quibus patior tuus filius adoptivi: quippe quod dicitur et esse volui fratres meos. Et cum pater meus celestis exegerit iustitiam in peccatore deserviat ipsum volens dimittere: tu tanquam mater ipsum peccatorem pro quo nunc morior: maternis amplectere visceribus. et ut patris te opponens pro filiis interpellas. Quam autem puerus ad discipulum dixit: ecce mater tua. tantum est ac si in persona Johannis qui sonat gratia dei dicat omnibus peccatoribus. ecce mater vestra. ut cum pro confusione scelestorum vestrorum non audeatis levare faciem vestram ante iudicem deum: nec coram domino apparere: ad Mariam tanquam ad matrem fiducialiter confugite: quam ut matrem revereamini. et ipsa vos tanquam filios foueat. promoveat. nutriet. et defendat. Ipsa enim ad hoc electa est ut congreget profugos in israel. secundum ysaia. Ipsa est enim pro cuius matris refugii designata. Unde dicitur. Tres civitates sepabis in medio terre: sterrens diligenter via ut habeat e vicino quod propter homicidium profugus est quo possit evadere. Tercia benedictio est singularis gratie collatio. de qua dicitur Genesim. Benedixit dominus Abrahama. pro qua nostra virgo est multipliciter benedicta. omnes enim gratie quas accipit a domino fuerunt gratie singulares. Quarta benedictio dicitur congratulationis collaudatio. et haec est solus virginis benedictio: que tam super modum super omnes homines profecit in gratia ut omnes ammirarentur et admirantes deum magnificarent in eternum. De qua dicitur Judith. 13. Benedicta es tu filia a domino deo excelso pro omnibus mulieribus super terram: qui nomen tuum ita magnificavit ut non recedat laus tua de ore hominum. quoniam in omni gente qui audierit nomen

nomen magnificabit deum israhel super te. Et se quis. Tu gloria hierusalem. tu leticia israhel. tu honorificetia populi nostri. quia fecisti viriliter et confortatum est cor meum quod castitate amaveris. et manus domini confortavit te. et eris benedicta in eternum. De hac congratulatione ipsa nostra virgo gloriatur: dicens. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generantes. Sequitur sexta et ultima particula salutaris. quam tamen non angelus: sed Elizabeth addidit: dicens. Et benedictus fructus ventris tui. Haec autem benedictio quod fructus virginis. Iesus christus benedictus in plus se habet quam benedictio virginis. quia benedictio virginis super omnes mulieres et super omnes homines extendit. benedictio autem fructus eius sine exceptione super omnia se extendit: dicente apostolo. Romanorum. 8. Qui est super omnia deus benedictus in secula. Nam illius benedictio ad omnes electos filios se extendit. quia in eo omnes sumus sua gratia benedicti. Hic Genesim. 22. dicit deus ad Abrahama. In semine tuo benedicentur universae cognationes terre. Hic autem gloriosus fructus est fructus trium. scilicet dei patris omnipotentis. virginis ventris. spiritualis matris. Primum dico fructus iste est fructus dei patris omnipotentis. Sic enim in persona patris dicitur in patre. In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te. Et in hac generatione filius aequalis est patri coeternus et consubstantialis. Hinc Bernardus. Altissimus pater quoniam omnipotens sit: non potuit tamen vel equalis sibi condere creaturam vel inequalem gignere filium. Fecit itaque angelum magnum: sed non quantum ipse est: et ideo necequus: nec altissimus. solum autem unigenitum quem non fecit sed genuit omnipotens omnipotentem. altissimus altissimum. eternus coeternum ipsum sibi pro omnia coaequi. nec rapinam arbitratus est nec iniuriam. Secundo idem fructus patris est etiam fructus matris pro assumptum hominem: ut patet in tota ista materia. Tertio idem est etiam fructus spiritualis matris. Mat. 23. Qui fecerit volun. et. usque: ipse meum fratrem. et mater est. Haec autem tres generationes habet triplici substantia quod est in christo. scilicet divinitate. carne. et spiritu. Nam ex patre nascitur deus. ex matre homo. in mente nascitur spiritus. ex patre nascitur eternaliter. ex matre temporaliter in mente spiritualiter.

XL. De eodem sermo. v.

**M**issus est ange-  
lus Gabriel. Luc. j. Multa di-  
cum? et deficiam? quia ut ait Ber.

Licet multi de virgine matre loqui gesti-  
ant: quicquid in de indicibili dicitur: eo ipso quod dici  
non potuerit: minus gratum sit. minus placitum:  
et minus acceptum. In verbis ergo, propositis cum  
sequentibus quatuor possumus intelligere quod ad  
dei incarnationem deceter conveniunt. scilicet angeli le-  
gationem. virginis deliberationem. sensus in-  
clinationem. et dei conceptionem. Primum ibi: aue  
cum sequentibus. in quibus angelus suam legatio-  
nem posuit. Secundum ibi: quomodo fiet istud. in  
quo virgo beata se deliberavit. Tertium ibi: ecce ancilla  
domini. in quo sensus inclinavit. Quartum ibi: fiat  
mibi. in quo verbo deus in  
verbo eius se inclinavit. nec deum concepit: nisi  
si prius consensisset. nec prudenter consensisset:  
nisi mature deliberasset. nec deliberasset: nisi  
legationem angelus conceperat. **E**t legationem in  
cipientes dicimus quod haec angelica legatio tria  
ostendit et proficit in ea. Ostendit enim eam deo ac-  
ceptissimam. hominibus fructuosissimam. sibi ipsi san-  
ctissimam. Primo dico ostendit eam deo esse ac-  
ceptissimam: qui ad opus nostrae redemptionis ele-  
git eam ex omni carne. nec dubium quin deo fue-  
rit gratissima: qui eam ad tam sublime opus  
ex omnibus et pro omnibus elegit. quod in se cogno-  
scere dicitur. Paral. xxiiij. Placuit deo ut me  
eligeret. Secundo haec legatio fecit eam hominibus  
fructuosissimam. De nulla enim creatura pu-  
ra tam copiosus fructus provenit quemadmodum  
de Maria. de cuius fructu quantum in eo est om-  
nes homines sunt redempti: iuxta illud Eccli.  
Videte quoniam non solum mihi laboravi: sed om-  
nibus exquirere veritatem. Tertio haec legatio  
fecit eam sibi ipsi sanctissimam. cuius corpus et anima  
ex ratione divini germinis sunt quodammodo  
deificata. Secundo beata virgo post legatio-  
nem habuit deliberationem quam flore triplici  
adornavit. Non enim precipitavit ut Eva. quae  
ad legationem serpentis statim precipitando con-  
sensit: sed morose deliberavit. quia cogitabat quomodo  
esset ista salus. non nimis dubitavit ut Za-  
charias. qui propter nimiam incredulitatem lin-  
gue officio est privatus. sed sapienter interro-

gavit: dicens. Quomodo fiet istud. Tertio consen-  
sus suum inclinavit: dicens. Ecce ancilla domini.  
et hoc cum triplici devotione omnino consensum  
scilicet cum profunda humilitate. plena credulitate.  
affectuosa cupiditate. Nam humilitas in ea  
apparuit quod cum regina caeli et terre eligeret:  
ipsa se ancilla nominavit. Plena autem credu-  
litas in hoc cognoscitur quod dixit. secundum verbum tuum.  
Affectuosa cupiditas in eo quod dixit. fiat.  
quod est verbum optativum. Quarto post hanc  
sensum deus se in eius verbum inclinavit: se-  
rens secum benedixit matri triplicem gratiam.  
Omnes enim mulieres maledictioni sub-  
iacebant triplici. habent enim in conceptione pu-  
eritatem. in impugnatione laboris. in partu dolo-  
rem. que tria domini conceptus abstulit et eorum  
contraria secum tulit. Nam ut ait Bernardus. fuit  
beata virgo sine pudore secunda. sine labore  
grauida. sine dolore puerpera. ecce triplicem  
gratiam. **S**ed brevitatis propter: nunc  
videamus quomodo in predictis quatuor scilicet legati-  
one. deliberatione. consensu inclinatione. dei con-  
ceptione. nostrum negotium acciteretur. Omnes  
enim qui unquam sunt gratiam consecuti: per pedita  
quatuor sunt promoti. ita ut qui deo unquam  
placuerunt et ad eius regnum pervenerunt: per  
ista quatuor transierunt que per ordinem pro-  
sequentes. Primo dicimus quod deus magni con-  
siliis angelus ad singulos et ad omnes suas le-  
gationes mittit: nullum transiens: nullum sper-  
nens. teste Job qui dicit. Super quem non est  
fulsit splendor eius. hoc est lumen gratiae et ro-  
cationis suae. Hanc autem legationem pagit in  
triplici genere nuntiorum. scilicet per creaturam. scri-  
pturam. et naturam. Primo dico mittit ad nos  
omnem creaturam: que nos promonefaciat ut ad  
eum convertamur: et ei ut dignum est adhaereamus.  
Nam in eo quod omnia serviunt ei: quod ali-  
ud asserunt nisi ut ad hoc ei pro omnibus teneamus.  
et ad hoc simus tanto obligatiore: quanto  
pro ceteris digniores. Hinc Sapientia. xiiij.  
Et magnitudine speciei creature cognoscibiliter  
poterit eorum creator videri. Cur autem  
deus per creaturam vult cognosci: nisi ut cogni-  
to adhaereamus. Hinc Job. xij. Interroga in-  
mensa et docebit te. volatilia caeli et indicabit  
tibi. loquere terre et respondebit tibi: et narrabit  
piscis maris. Hinc Augustinus. Ecce caeli: terra: